UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Enchiridion Sev Manvale Episcoporvm Pro Decretis in Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1650

Index Decernendorum in Visitatione personali. §. XII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9534

Visual Library

22 *In Viſitatione aliorum laicorum.*

Ludi magiſtrorum mores.
Fidei profeſſio.
Medicorum acceſſus vltra tres dies ad inconfeſſos.
Bibliopolarum, indices librorum.
Examen aliorum fit iuxta Indicem §.5.num. 31.32.
Arbitrio Epiſcopi.
Tripudia diebus feſtis.
Nundinæ.
Comediæ turpes.
Legata non ſoluta.
Queſtuariorum abuſus.
Vagorum, & peregrinorum mores.
Notariorum fori laicalis imperitia.
Meretricum nimia licentia.
Cauponum publica vitia.
Viduarum, & pauperum neceſſitates.

23 *In Gymnaſijs publicis.*

Statuta.
Mores.
Profeſſio fidei à Doctoribus; quæ curan. eſt ab Epiſcopis ex Sacra Congregat. Concil. ſeſſ. 25. cap. 2.
Item in docentibus Gramaticam. Arithmeticam, ex eadem ibidem.
Philoſophia falſa impugnanda, ex Concil. Lateranen.
Lectio Sacrę Scripturę, ex Concil. Trid. ſeſſ. 5. c. 1.

24 *In Viſitatione piarum Fœminarum.*

Fundatio.
Leges.
Habitus.
Conuictus.
Sacramenta.
Pia exercitia.
Redditus.
Clauſura.
Numerus.
Regimen.

25 *De Regularibus.*

In domibus etiam Regularium, Renunciatio bonorum, reclamatio de nullitate profeſſionis, delicta extra clauſtra Prædicatio Verbi Dei, publicatio cenſurarum, præcedentiæ lites, lectio ſacræ Scripturæ, ad Epiſcopum ſpectant. ſeſſ. 25. cap. 16. cap. 4. 14. 19. cap. 12. 13. ſeſ. 5. c. 1. & vlt.

Index Decernendorum in Viſitatione perſonali. §. XII.

1 DEſcriptione perſonarum facta cum defectuum cuiuſque mentione, ad Decreta venitur.

2 Quędam fiunt verbo, vel ſecreto, vel publicè, vt cœteri timorem habeant, iuditio Epiſcopi. cauendum tamen eſt, ne diminuatur auctoritas Parochi, vel Prælatæ Monialium; niſi grauius delictum aliter ſuadeat. in dubio ij defendantur ab Epiſcopo.

3 Quædam, quæ ſunt communia pluribus, ſi grauiora ſint, ſcripto decernantur, cum obligatione, vt legantur ſæpius, audientibus ijs, de quibus agitur.

4 Quædam grauiſſima, quæ probatione egēt, accuſatore non probante, ne publicentur. teſtibus autem nolentibus deponere in ſcriptis, ſecreto fiat correctio.

5 Quædam ritè probata puniantur, prout iuris eſt; præſertim contra non Reſidentes.

6 Nam initio ſeueritatem, in progreſſu diligentiam, in fine iuſtitiam adhibere debet viſitator. Parcius tamen Decretis agat, ne nimis multa vileſcant.

7 In titulis Beneficiorum illegitimis, ſi quos repererit, vtatur dilatione ad breue tempus, vt Eccleſiæ quàm primum conſulatur, nedum Beneficiato fortaſſe excuſando.

Index, & Ordo deſcribendæ totius Viſitationis à Notario. §. XIII.

1 IN actu Viſitationis ſcribat celeriter in folijs eo diſtinctiori modo, quo poteſt, & nihil omittat, præſertim Decretorum, quæ curſim quandoque fiunt à Viſitatore.

2 Relaturus deinde in librum, eum diuidat in duas partes cum his titulis Viſitatio Ciuitatis. Viſitatio Diœceſis.

3 Subdiuidat quamlibet partem in quinq; partes, in Prima deſcribatur Viſitatio localis. in ſecunda Viſitatio Perſonalis. In tertia Decreta omnia. in quarta Rationes dati, & accepti, cum redditibus locorum piorum, & Confratriatum. in vltima Acta iudiciaria ſcribantur contra delinquentes, ſeu debitores locorum piorum, & eiuſdem.